



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Viola Martia. Descriptio CXXXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

cari dixerunt. Humani ferme capitum magnitudine : duplice operimento : quorum exteriorum in summo laeve , stupea intrus densitate (caitum vocant) netur, ac texitur, cannabis, & sparti modo, cum aliis in yfus, tum praecipue in vitilium nexus, & anchoralia: Neque materia vlla ad nauticos funes , & maris imperius obsequenter : namque ut saltuorum amat, ea planta . Caium quoque ex ea prognatum , & marinis aquis immersum identiter retinicit : & Anchoris illigatum fluctuantes salo naues egregie continet. Non tam ab innata duritate , vel operis firmitate, quam viriditate ipsa, & lentitia quadam, ad instar corij: ut se vel in altum elato nauigio, miram in tenuitatem extendat: vel residente rursus in crassitudinem contrahat.

Quod seus in nostris euenit rudenteribus: quae nimur ipsa vi, ac pertinacia saxe rumpuntur: Interior autem calix, tufo colore , & globosa rotunditate prædurus, addito auro, vel argento in pocula figuratur: ipsa vero pomarico , amygdala in modum pinguedine quadam, & grato sapore lactescens, non per se tantum in cibo grata est, ac salubris: verum etiam vbi vitium fuerit, exhausto lacte paulatim in oleum eliquatur: Totus autem racemos dum ex eo venet adhuc emicat, stictus, nodo constrictus, ac leviter incisus, in abdita oris angusti vasecula opimum instillat succum: ex quo varijs artibus, coctionibusque, veteri (ut Strabo ipse testatur) invento, mel seu saccharum, vinum, acetumque perficitur, Ita folia cum librarijs, pro papyro sint, & loco regularum imposita dominibus arceant imbris: tum etiam in vestis formam facilis simul, ac spissos contextu nocturnuntur: denique vna, eademq; arbore omnia profus ad rem nauticam instrumenta, ac materiem præbet: quippe trunca, & ramos in malum, assumenta, clausaque: comam in vela: Caium in funes (ut dictum est) omnium optimos: filaque ad laterum futuras, postremo cocum ipsius, quaque ex ipso conficiuntur in onera: Ita non sine miraculo quodam omnibus plane rebus ex semet apta, & instructa nauigat palma, eademque discussa per hyemem vivaces ad prunas, lenta igni alimenta suppeditat.

Incolea importato lino, fericoque talares tunicas eleganti opere, texunt, quibus honestius multo, quam cæteri Indi velant corpora. Piscansur etiam palmeis verriculis minuta

conchylia, sunt qui venerantur Conchæ genu puren, niro splendore, & colorum varietate: haec saburra loco in onerarias induit, ac diuersas in regiones euecta, apud Gangaridas, & Sionios, viliosis monetae explet viem: ad res parui pretij coemendas: apud Hesperios autem AEthiopas, cum rebus etiam carioribus permutantur. *Maff. I.7.*

### VIOLA MARTIA.

#### *Descriptio CX XXI.*

**H**AEC humilis per terram repit fragariae *Ex hist. pl.* modo, folia fundens à radice multa, lata, *tarū Ro-* *senosa*, per ambitum leuiter serrata, *willi. I.7.* hederae folijs minor, rotundiora, tenuiora, nigrioraque, præsertim parte superiore, inter quæ medijs excunt pediculi tenues, teneriusculi, singuli singulos flores ferentes, pulchros, odoratos, colore in nigro purpureos, nonnumquam pallidiores, nonnumquam candidos, ex quinque folijs compositos, ac deinde penitus folliculos, vasculare rotunda per maturitatem in tres partes dehiscens, semen minutum, album in rotunditate oblongum, miliacum, medullosum complectentia, radices tenues sunt, & fibratæ.

### OCELLVS.

#### *Damascenus Loiollet.*

#### *Descriptio CX XXXII.*

**F**olijs est longis, carnosis, duris, angustis, in extremo acuminatis, meanis, caulinis *Rouillius* multis, iuncis rotundis, geniculatis laevis, cubitalibus, aut altioribus, coquuntibus pyridacum internodis, in quorum, & ijs adnarorum cacuminibus calices sunt longi, teretes gabri, oibculo superiore denticulati, & quibus flores omnium speciosissimi prodeunt, ex senis foliolis, qui simplices sunt, ex multo pluribus multiplices per extremas oras seitate fimbriati euryphillorum odoratu, sed longe suauissimo, colore alias purpurascente, dilutius, alias intensiores rubore nitente, alias candido.

Sunt